+

Cessionariis suæ eiusq posterorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert transfundit et incorporat præsentibus. In quod quidem Jus præsens cessum summam ac bona summa eadem Jureq præsenti cesso onerata, ac præmissa omnia præsentibus condescensa eadem suprascripta Recognoscens prænominatæ Cessionariæ suæ eiusq posteris. Jam ex nunc et de facto coram officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose accipiendam per ipsam Magnificam Marinam Rozniatowska Parentem sui Recognoscentis Cessionariam suam eiusq posteros, hoc idem Jus præsens cessum summam ac bona summa suprascripta Jureq præsenti cesso onerata, cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus, Competentiisq et prærogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumq successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, præfati Juris originalis ea omnia latius vise complectentis, præsentisq cessi et transfusi vigore.

R. Lenczowski Sławskiemu Cedit. 1323

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Stanislaus Lenczowski Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Præmisliensis, Præpositus Dinoviensis, Plebanus Krzywczensis Sacræ Regiæ Maiestatis Secretarius sanus mente et corpore existens a Jure Dignitatibus suisque Jurisdictionibusq suis quibusvis proprie et

Competentis

Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitanea-
li Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet
Secum Successoribus ac bonis suis omnibus
totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam
libere publice ac perexpressum recognovit, Quia ipse
de omni et integro Jure suo infrascripto nimirum de
Summis binis prima Octo Millium Florenorum Polonica-
lium sibi Recognoscenti per Magnificum Martinum Constan-
tinum de Siecin in Krasiczyn Krasicki pro tunc Pocillatorem
ac post Castellanum Præmysliensem coram Actis Officij præ-
sentis Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Fe-
ria Tertia post Dominicam Invocavit Quadragesima-
lem proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Septuage-
simo ipso inscripta et ad solvendum super bonis suis
proprijs et hæreditarijs, tota et integra Villa Wola Kry-
wiecka in Terra et Districtu præsenti Præmysliensi
consistens modo ac Jure Venditorio assecurata, tum de al-
tera summa Trium Millium et Centum Florenorum Polonicalium per
eundem Magnificum Krasicki Castellanum Præmysliensem
sem sibi Recognoscenti Actis ijsdem Castrensibus Præmy-
sliensibus Feria Quinta post Festum Sanctæ Margarethæ
Virginis et Martyris proxima Anno eodem Millesimo Sex-
centesimo Septuagesimo modo ad Scripto inscripta et ad
priorem Originalemq summam Octo Millium Florenorum
Polonicalium adiuncta et associata Summamq Totam indi-
visam Undecim Millium Centum Florenorum Polonicalium
in se Continentem in eisdem bonis Villa Krywiecka Wola modo
et Jure eodem Venditorio assecurata nec non de Inscriptione
Seu Contractu certo, inter præfatum Magnificum Krasicki
Castellanum Præmysliensem ab una, Seq Recognoscen-
tem parte ab altera, ratione certarum Conditionum
in ibidem Contentarum de actu et data Illius Præmysliensi

Feria Tertia post Dominicam Invocavit Quadragesima lem proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo ipso confecti et conscripti manibus tam praefati Magnifici Krasicki, quam sui Recognoscentis ab utrinque subscripta Actisque Castrensibus Praemisliensibus cum Interpositione Vadii Octo Millium Florenorum Polonicalium roborata hui de eiusdem Intercisa seu Contractus Roboratoria Inscriptione Castrensi Praemisliensi atque de bonis Supra scriptis Villae Wola Krzywiecka Summa Suprascripta Undecem Millium et Centum Florenorum Polonicalium oneratis, Inscriptionibusque Suprascriptis Originali Super Summam Octo Millium Florenorum Polonicalium et subsequenti adscriptatia Super Summam Trium Millium Centum Florenorum Polonicalium recogniti Castrensibus Praemisliensibus praemissa in se latius continentibus cum parata Iuris eiusdem praesentis Celsi Summa et bonorum Intromissione, Tuitione, Evictione plausfineque in hucusque continuata possessione cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate, competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis, Inscriptionum Suprascriptarum Originalis Venditoreae et subsequentis Adscriptitiae tum Intercisae seu Contractus memorati eiusque Inscriptionis Roboratoriae Iuncque praesentis Celsi Conditionibus punctis Clausulis articulis Vadio Ligamentis ac nexibus in Universum omnibus Summaque Suprascriptae Undecem Millium Centum Florenorum Polonicalium et bonorum Summa eadem oneratorum Utilitatibusque fructibus, proventibus, reditibus, emolumentis, Commodis obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis ac cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando aut excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula praesentibus recognita ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat

ipsamque

ipsumq[ue] concernebant ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto Generoso Nicolao de Staw Stawski Dapifero Sanocensi eiusq[ue] posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus omneq[ue] et integrum Ius suum sibi ad praemissa servi=ens in personam eiusdem Generosi Nicolai Stawski Dapi=feri Sanocensis Cessionarij sui eiusq[ue] successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum summam ac bona summa ea=dem onerata praemissaq[ue] omnia praesentibus per se Re=cognoscentem transfusa iisdem Recognoscens Perillu=stris et Admodum Reverendus Dominus Stanislaus Lenczowski Canonicus Praemisliensis praefato Generoso Nicolao Stawski Dapifero Sanocensi Cessionario suo eiusq[ue] posteris, iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq[ue] possessionem per Ministerialem quemcunq[ue] competentem et No=biles duos die quacunq[ue] voluerit officiose accipiendam. Per ipsum Cessionarium suum et ipsius posteros hoc idem Ius praesens cessum summam ac bona summa eadem onerata, praemissaq[ue] omnia per praesentes transfusa cum universis eorum utilitatibus et usu=fructibus, competentijsq[ue] et praerogativa quavis tenendi haben=di et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice uti fruendi ac ad suos suorumq[ue] successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisq[ue] cessi et transfusi vigore. Debebitq[ue] et tenebitur memoratus Recognoscens

Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Stanislaus Lenczowski Canonicus Premysliensis prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Generoso Nicolao Stawski Dapifero Sanocensi Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dicto Jure Cesso, Summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisque omnibus praesentibus transfusis, et ratione eorundem omnium praesentibus abcessorum, ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis Status et Sexus cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis ac suorum Successorum Jurisque praeserti Cessi tantummodo et non Ultra exoriunda in omni Judicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere, necnon hocidem Jus praesens Cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus transfusa ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentibus condescentia cuiuis personarum modo quocunque ex re ibidem persona et occasione sui Recognoscentis suorumque successorum tantummodo et non Ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentes Cessa importatis et importandis, Luoris denique et pendentes processibus Juris quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio Regni

obtentis

+

obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus præser:
tibus transfusis ibidem ex re persona et occasione sui Re:
cognoscentis suorumq[ue] Successorum tantummodo et non
Ultra perductis et perducendis, emundare et aliberare mun:
daq[ue] et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præ:
fatam Coram officio præsenti admissam in fundo bonorum
præfatorum summa eadem præsenti abscessa oneratorum
dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose require:
tur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libe:
re dare et effectualiter admittere, dataq[ue] et admissa
eadem possessionem et Usumfructum præmissorum omnium
præsentibus transfusorum quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas non
præpedire nec adimere, ipsumq[ue] Cessionarium suum et
ipsius successores in præmissis omnibus præsentibus Conde:
scensis nullo modo iniuriari, ita Ut is idem Cessionarius
suus cum suis posteris, hoc idem Ius præsens Cessum summam
ac bona summa eadem onerata, præmissaq[ue] omnia præsen:
tibus Cessa cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus
Competantiaq[ue] et prærogativa quavis quiete et pacifice præ:
sentis Inscriptionis Cessionariæ, Vigore tenere habere et pos:
sidere queat illisq[ue] Uti frui possit. Idq[ue] sub Vadio summæ
Undecem Millium Centum Florenorum Polonicalium per eun:
dem Recognoscentem sive eius posteros prænominato Cessio
nario suo et illius posteris ob non Completionem præmissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quo
ties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem
Vadio modo præmisso ad solvendum succubito ac prove

aliqua principali ex praemissis non completa complendi
Litibus existens memoratus Recognoscens Perillustris
et Admodum Reuerendus Dominus Stanislaus Len-
czowski Canonicus Praemysliensis sive eius Successores
Ad Instantiam praefati Generosi Nicolai Stawski Dapiferi
Jarocensis sive eius posterorum ad officium praesens Castren-
se Capitaneale Praemysliense ex tunc recessu suprascripto
pro ad respondendum spectat mediante, semper in primo
Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere
respondere, Vadium praetactum lucre, Inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit, et tenebitur, seq ac suos
Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
illum Terminum primum peremptorium, Uti et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper perem-
ptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate, Successo-
rum, legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad
munimenta ad Auctorem, Vel aliis quibusuis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem
praetera Ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanea-
lis Praemysliensis, "Iuris" dilationem sibi non recipiendo, nullasq
motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac
praemissa omnia paenis simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus
suspensionibus, fatalis Juris praescriptione Terrestri bello
Conuentioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis
non subterfugiendo, nec modo alio quovis euadendo Hac
sua praesenti personali recognitione ad praemissa via mediante.

R Lenczowski et Stawski

mutuo Inter: